Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36553
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



oratio prevalet. Adime quoq; De ieiunio
tibi saturitatis panē. Parsimonia. tuum corpus castiga; Ieiunus & abstinen
tię infirmas. Pallida ora gere. aridum porta corpus. Esuri & sitи abstine
& aresce; Non potes temptationes uincere. nisi ieiunus eructaris. Esca
enī libido crescit. ciborum saturitas carnis luxuriam suscitat. Et dacta tis
uitio crescit carnis temptatio; Saturitati semp libido adiuncta est. At con
tra ieunio. libido restringitur. Ieunio luxuria superatur; Sequestrata
saturitate. non dominatur luxuria. Abstinentia enī caro superatur. absti
nentia luxuriam frenat. Libidinis impetum. abstinentia frangit. Siti
& fame. carnis luxuriam interi fame & siti. carnis lasciuiam supera.
Vino quoq; multum grauatur mens. Vinum uirus est. prevalet animo;
Vino luxuria excitatur. vino. fomes libidinis enutritur. Pocula quip
pe instrumenta luxurię sunt. Igni enī adiecto fomite. incendium ma
gis crescit. Adiecta igni materia. plus augetur flamma. Oculi quoq; p
ma tela libidinis. Visio prima. concupiscentia mulieris. Mens enī per
oculos capitur. Aspectus namq; amorum. iacula mittit. Aspectus af
fectum facit. Concupiscentia libidinē nutrit. Aspectus mentē incitat.
animā titillat. cor uulnerat. Subtrahe igitur uisum reprime oculos
apertulantia. non eos defigas in speciem carnis. Nullam adconcupiscendo
aspicias. Nullam hoc animo adtendas. ut concupiscas. Tolle occasionem
peccandi. aufer materiam delinquendi. Si uis esse fornicatione tutus. esto
corpore & uisione discretus. Corpore quippe se iunctus. apeccati intentione discedis. Circa serpentem aut positus non eris diu inlesus. Ante
ignē consistens. & si ferreus sis aliquando dissolueris. Proximus periculo
diu tutus non eris. Per adsiduitatē. caro peccat homo. Sepe familiaritas
implicauit se peccatis. Sepe occasio peccandi. uoluntatē fecit. Sepe quos
uoluntas non potuit. adsiduitas superauit. Ergo opa t' lectiones ignaue
Otiositatē dedito. caro luxuria subripit. Vacantem; luxuria cito
preocupat. Grauius libido urit. quē otiosum inuenerit. Cedit aut
libido laboribus. cedet operi. cedet industrię. & laboribus. Libido quippe
carnis sepe labore uincitur. Corpus enī labore fatigatum minus delec
tatur flagitium. Qua propt precaue otium. Non diligas otium nec
ducas uitam inotium. fatiga corpus laboribus. exerce operis cuius liber